Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift

suscipi in abbatis sit potestate. cui iubeat illud da
re et non contristetur frater cui forte directum fu
erit. ut non detur occasio dyabolo qui aliter pre
sumpserit discipline regulari subiaceat. De in
Vestimenta fratribus secundum || dumentis fratrum
locorum qualitatem ubi habitant vel aerum
temperiem dentur. Quia in frigidis regionibus
amplius indigetur: In calidis vero minus. Hec
ergo consideratio penes abbatem est. Nos tamen me
diocribus locis sufficere credimus monachis per
singulos cucullam in hyeme villosam in estate
puram aut vetustam. et scapulare propter opera
indumenta pedum pedules et caligas de quarum
omnium colore aut grossitudine non causentur mo
nachi: sed quales inveniri possunt in provincia qua
habitant aut quod vilius comparari potest. Abbas
autem de mensura provideat ut non sint curta
ipsa vestimenta utentibus ea. Sed mensurata accipi
entes nova semper reddant vetera in presenti repo
nenda in vestiario propter pauperes. Sufficit enim
monacho duas tunicas et duas cucullas habere
propter noctes. et propter lavare ipsas res. iam quod super
fuerit superfluum est amputari debet. Et pedu
les et quodcumque est vetustum semper reddant. dum
accipiunt novum. Femoralia hii qui in via dirigun
tur de vestiario accipiant qui revertentes loca
ibi restituant et cuculle et tunice sint aliquanto
solito quam eas quas habent modice meliores. Quas